




## IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



6"



Photographic  
Sciences  
Corporation

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503

**CIHM/ICMH  
Microfiche  
Series.**

**CIHM/ICMH  
Collection de  
microfiches.**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

**C 1986**

**Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques**

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

- Coloured covers/  
Couverture de couleur
- Covers damaged/  
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/  
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/  
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/  
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/  
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/  
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/  
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion  
along interior margin/  
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la  
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may  
appear within the text. Whenever possible, these  
have been omitted from filming/  
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées  
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,  
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont  
pas été filmées.
- Additional comments:/  
Commentaires supplémentaires:

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured pages/  
Pages de couleur
- Pages damaged/  
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/  
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/  
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/  
Pages détachées
- Showthrough/  
Transparence
- Quality of print varies/  
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/  
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/  
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata  
slips, tissues, etc., have been refilmed to  
ensure the best possible image/  
Les pages totalement ou partiellement  
obscures par un feuillet d'errata, une pelure,  
etc., ont été filmées à nouveau de façon à  
obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
		/			
12X	16X	20X	24X	28X	32X

re  
détails  
es du  
modifie  
er une  
filmage

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



Seminary of Quebec  
Library

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol → (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Séminaire de Québec  
Bibliothèque

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole → signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.

rrata  
to  
pelure,  
n à

DIE XIII MAI

(Fix. ex. 4 hujus.)

# BEATI JOANNIS BAPTISTÆ DE LA SALLE

CONF. NON PONT.

(*Omnia de communi conf. non pont. præter sequent.*)

IN I. VESPERIS.

*Ant. de Laud.*

*Ps. ut in I. Vesp. de comm. Apost.*

CAPITULUM. (*Eccl. 31.*)

Beatus vir, qui inventus est sine macula et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum ? Fecit enim mirabilia in vita sua.

HYMNUS.

Alma quem Sion celebrat beatum,  
Hac die festa decet, o Joannes,  
Nos tuas sacras memorare dulci  
Carmine laudes.

Degis in terra comes Angelorum,  
Qui student florijenivilis sevi,  
Semper in celis simul intuentes  
Numinis ora.

Dum tenent curæ vigiles scholarum,  
Sublebat mentem fidei volatus ;  
Pro Deo pugnans, animas requiris  
Inclytus heros.

Te pium laudant pueri patronum,  
Te ducem sanctum recolunt magistri,  
Te vocant cuncti meritis potentem :  
Omnibus adsis.

Sit decus summæ Triadi perenne,  
Quæ dat infanti resonare laudem  
Integralm ; linguæ fateantur omnes  
Cuncta regentem.

Amen.

v. Amavit. r. Stolam.

*Ad Magnif.* Ant. Sinite parvulos  
venire ad me, et ne prohibueritis eos :  
taliū est enim regnum Dei. (T. P.  
Alleluia).

ORATIO.

Deus, qui ad salutarem pauperum eruditionem, ac dandam parvulis scientiam, beatum Joannem Baptistam confessorem excitasti, et novam per eum in Ecclesia familiam collegisti: da eos, quæsumus, qui christianam instituunt infantiam, ejusdem semper exemplis insistere et intercessione proficere. Per Dominum etc.

Ad Matutinum.

HYMNUS.

Alma quem Sion, ut in I. Vesp.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de scrip. occurrente. In Feria II. et IV. Rogat. Beatus vir. de Comm. 2. loco.

In II. Nocturno.

LECTIO IV.

Joannes Baptista de la Salle, Societatis Fratrum Scholarum Christianarum institutor, Rhemis ex claro genere ortus, se præstítit adhuc puer in pietatem primum, a seculi illecebris omnino alienum. Audire et narrare Sanctorum gesta, dogmata Religionis edoceri, litanti Sacerdoti ministrare, pueris in choro canentibus jungi, hæc fuerunt tenellæ ejus ætatis deliciae, quæ jam innuebant ipsum in sortem Domini esse vocandum. Puerum videre erat mitem docilemque apud magistros, commem cum sodalibus, sedulum in addicendis litterarum rudimentis. In Universitate Rhemensi, ubi philosophiae operam dedit, carus pariter ob virtutes

animique dotes magistris et æqualibus; a quorum tamen societate abstinebat solitudini pietatisque operibus vacaturus. Annum agens decimum septimum clericali corona decoratur, et mox Canonicatu in Ecclesia Metropolitana insignitur. Lutetiam Parisiorum deinde missus, ut ad theologicas disciplinas animum converteret, in Seminario Sancti Sulpitii commoratus est, ubi quaque excelluit regularum custodia, contemptu fluxarum mundi rerum, humilitate, comitate, cæterisque Cleri virtutibus. Parentibus orbatus, in paternam domum revertitur, ut fratrum sororumque educationi incumbenteret. Neque tunc tamen reliquit sacram theologiam, cujus curriculum partim Rhemis, parim iterum Parisiis complevit.

R. Honestum.

LECTIO V.

Sacerdotio demum auctus, aram concendit seraphicæ velut caritatis igne flagrans. Nec unquam in eo teput divinus ille ardor pietatis: quotidie enim sacrum fecit non modo satus, sed et adversa valetudine fractus, semperque tanta religione, ut non raro qui aderant, a meliorem frugem revocati discederent. Et quoniam noverat Sacerdotis esse animarum saluti studere, non distulit operam suam in id conferre cum omni quidem prudentia, humilitate, patientia et doctrina. Scholarum ab Infante Jesu nuncupatarum, quas Director suus instituerat ad puellarum pauperum educationem procurandam, et caritati sua commendaverat, regimen suscepit, easque prudentissime moderari cepit, strenue easdem defendens ab oppugnationibus, calumniis et invidiis adversariorum. Hujusmodi experimentis et laboribus divina prævidentia servum suum accingebat ad

equali-  
absti-  
eribus  
cimum  
oratur,  
Metro-  
ariso-  
logicas  
et, in  
oratus  
larum  
mundi  
eteris-  
s orba-  
rtitur,  
cationi  
eliquit  
culum  
arisiis  
  
aram  
ritatis  
eo te-  
: quo-  
modo  
frac-  
ne, ut  
diorem  
t quo-  
nimina-  
t ope-  
omni  
atiene-  
nfante-  
rector  
paupe-  
et ca-  
gimen  
moder-  
bendens  
et in-  
di ex-  
a pro-  
eat ad

opus præcipuum, quod ipsius curis paraverat, scilicet ad novam condendam religiosam familiam, quæ Christianas puerorum Scholas institueret ac dirigeret. Quod opus tunc solummodo incepsum, cum fuerit Joanni Baptista demandatum, ejus opera absolvit tandem potuit, ac miro modo propagari coepit.

R. Amavit.

LECTIO VI.

Servus igitur Dei adjunxit sibi viros probos ac pios, quos domi receptos, sumptu suo aluit, atque cum illis conversatus, favente consortio laborum, eos mente sua imbuuit et instruxit. Hæc fuere incunabula Congregationis Fratrum Scholarum Christianarum, quam approbavit Benedictus tertius decimus. et rex ipse christianissimus privilegiis dotavit regio diplomate. Regula, quam discipulis suis prius institutor tradidit observavitque ipse accuratissime per quadraginta annos, pariter postea confirmata est auctoritate Apostolica. Quot vero vir Dei exantlaverit labores, quantis calumniis fuerit impeditus, quam sancte et generose hæc omnia toleraverit, quantum inter tot adversa se exhibuerit ministrum irreprehensibilem et virum juxta cor Domini, verbis dicere arduum est. Cum esset sapiens, quæsivit verba utilia et conscripsit libros spirantes suavissimos pietatis sensus et temerrimæ juventutis captui accommodatos. Sibi semper constans, simplex, rectus, humilis et obediens, terrena quæque contemnens, abhorrens perversas doctrinas, quæ tunc Ecclesiam vexaverant, Sanctæ Sedi Apostolice firmiter addictus, ab honoribus alienus, dimisso canoniciatu, patrimonio pauperibus erogato, ipsaque præpositura suæ Congregationis abdicata, quo rerum divinarum contemplationi liberius vacaret, se recepit in domum sancti Ioni, prope Rothomagum, quam sibi et Fratribus comparaverat; et ibi Deo jugiter intentus,

quo die Christus animam pro nobis posuit, eodem suam Christo reddidit, nondum septuagenarius, sed refertus operibus bonis, de religione optime meritus. Quem heroicis floruisse virtutibus Pius nonus declaravit, ac Leo decimus tertius, miraculis ejus intercessione patratis rite recognitis, in Beatorum albo solemniter inscripsit.

R. Iste homo.

In III. Nocturno.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO VII. (Cap. 18).

In illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis, putas, major est in regno cœlorum? Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

In cap. 18 Matth. Hom. 60.

Videte ne aliquem istorum contemporaniorum, quia eorum Angeli Patris mei faciem semper aspiciunt, et quia ego propter eos veni, et hæc Patris mei voluntas est. Ad tuendos, conservandosque pusillos diligentiores nos reddit. Perspicis quam ingentia in tutelam tenuum mcenia exerit, et quantum studium, curanque habeat, ne perdantur, tum quia supremas decipientibus eos pœnas statuit, tum quia summam pollicetur mercedem his, qui curam eorum suscipiunt; idque tam suo, quam Patris exemplo corroborat.

R. Iste est.

LECTIO VIII.

Dominum igitur etiam nos imitemur, et nihil pro fratribus omittamus, etiam eorum, quæ humilia vilia quæ nimium videntur; sed si administracione nostra etiam opus fuerit, quam-

vis tenuis atque abjectus quidem, cui administrandum sit, fuerit, quamvis ardua nobis res atque laboris plena esse videatur, omnia haec pro fratri salute tolerabiliora facilioraque, oro, videantur : tanto enim studio tanta que cura Deus dignam esse animam ostendit, ut neque Filio suo pepercit.

r. Sint lumbi.

LECTIO IX.

Si non est nobis satis ad salutem, quod virtuose ipsi vivamus, sed oportet aliorum salutem re ipsa desiderare ; cum neque nos recte vivamus, neque alios hortemur, quid respondebimus ? Quae nobis spes salutis reliqua erit ? Quid majus, quam animis moderari, quam adolescentulorum fingere mores ? Omni certe pictore, omni certe statuario, ceterisque hujusmodi omnibus excellentiorem hunc duco, qui juvenum animos fingere non ignoraret.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

*Et per Horas*

Ant. 1 Qui ad justitiam erudiunt multos : quasi stellæ in perpetuas æternitates fulgebunt. (T. P. Alleluia).

2 Venite, filii, audite me : timorem Domini docebo vos. (T. P. Alleluia).

3 Beatus homo quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum. (T. P. Alleluia).

4 Declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat parvulis. (T. P. Alleluia).

5 Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua. (T. P. Alleluia).

Cap. Beatus vir. etc.

Concordat cum originali a S. R. C. approbato.

*Imprimatur :*

† EDUARDUS CAR. Arch. Marianopolitannus.

Marianopoli, die 6 decembris 1892

HYMNUS.

Qui mente, factis, pectore  
Totum tibi se tradidit,  
Jesu, beatum fervidis  
Hymnis Joannem pangimus.

Pura ad fluenta convocans  
Virtutis et scientie,  
Ad te venire parvulos  
Amore victos compulit.

Ut stilla rorans gramina,  
Mentes tenellas imbuuit ;  
Divisque sparsit floribus  
Arctam salutis semitam.

At nunc superno e lumine  
Qui junctus adstat angelis  
Haec ipsa nobis impetrans  
Pergat tueri infantiam.

Jesu, tibi sit gloria,  
Cum Patre et almo Spiritu,  
Da, quo beantur Cœlites,  
Vultu tuo nos perfui.

Amen.

v. Justum. r. Et ostendit.

Ad Ben. Ant. Non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. (T. P. Alleluia).

ORATIO : *ut in prim. Vesp.*

IN II. VESPERIS.

*Omnia ut in I. Vesp. præter seq.*

v. Justum. r. Et ostendit.

Ad Mag. Ant. Amen dico vobis, qui suscepit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit. (T. P. Alleluia).

